Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



inestimabli claritate cir
cumfulsa et iuros et iuros
dealbatos circumsedentes
quorum uultus aspicere haut
poteram. Illa autem me in
tuens: iubet proprius ac
cedere, et de manu unius
eorum qui assidebant coro
nam auream accipiens
capiti meo imponebat
dicens hec uerba mihi. Ecce
tibi o imperatrix e celo co
rona mittitur a domino meo
ihesu xpo. Qua ex uisione
suspensa nec somnium
capere nec hore unius mo
mento quiescere possum: ita
ut meus me ad uiden
dam uirginem exagitet. Cui
porphirius rx. Tuum est domina
imperare quod uis: mihi per
ficere que iubeas animo
constat. Sed quid restat:
nisi ut custodes carceris
mercede ad consilium
nostrum inflectamus, ut et ipsi
celare hoc ipsum studeant.
Nec mora porphirius eos
ad consensum emollit.
Igitur de prima uigilia
noctis regina et porphi
rius procedunt ad car
cerem quem uidebant in
estimabili claritate undique
coruscare: cuius fulgore
perterriti corruerunt in terram.
Mox inestimabilis odor
suauitatis naribus eorum
infusus ad spem meliorem
confortauit. Surgite in
quit uirgo egregia et ne
paueatis: quia et uos xpc
uocat ad palmam. Surgen
tes autem contemplati sunt
puellam sedentem et angelos
dei plagas eius et carnis sci
ssuras aromatico ungen
to circumfouentes quibus
caro et cutis superficies in
admirabilem decorem uite
bantur. Uiderunt etiam
et seniores circumsedentes